



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Caput XLII. De eo, qui Religiosis distribuit candelas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

3. Dominus noster in mundo cùm ageret, lumen esse se mundi dicebat: *Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.* Verùm & nobis quoque commendavit ut bonis operibus exempli nostri boni lumen emittamus, ut homines ea videntes, et si hoc nos minimè cupiamus, Patrem cœlestem glorifcent: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorifcent Patrem vestrum, qui in cœlio est.*

8.9. v. 5.

Matt. 5. 6.

## CAPUT XLII.

*De eo, qui Religiosis distribuit candelas.*

**M**inimum, quod quis in Religione exhibet, obsequium, perquam temper honorificum & coram Deo meritorium est: finis istius est, ut à Monasterio animorum arceatur otiositas, ubi nempe cuique distribuuntur candelæ, ut lectioni ac bonorum librorum studio, tam regularibus horis serotinis, quam diurnis incumbant. Atque ea causa est, cur candelabrum computetur inter suppellestilem cellulæ sancti Patris nostri Elisæi, qui omnibus Religiosis monasticæ suppellestilis formam exhibuit.

Hoc officio qui defungitur, potest ac debet sperare futurum, ut meriti sacrarum lectio-  
num ac studiorum, quibus Monasterii Reli-  
giosi candelarum, quas illis ipse detulit, bene-  
ficio, vacant, particeps efficiatur. Illa etiam of-

Ll 4

fert

fert Deo , quasi gloriæ ipsius studiosior ex-  
stens.

## Directio.

Gratias ago tibi, Domine Deus, quod per „  
sanctam obedientiam injungendum mihi „  
curasti officium distribuendi candelas, idq; „  
obsequii genus Patribus ac Fratribus „  
meis, fidelibus servis tuis, præstandi. Illud „  
exequi cupio eâ charitate, diligentia ac mo- „  
destia, ut tibi complacem. Oro te per glo- „  
riofissimæ Virginis preces ac merita, hanc mi- „  
hi gratiam ut impetrari.

*Interior sub ipsa actione occupatio.*

1. Etiam, Domine, Religiosos divinarum  
ac supernaturalem scientiarum studiosos o-  
mnino esse oportet. Mentis otiositas ultra  
omnem tibi displicer modum. Eorum lectio-  
nes, scriptiones ac meditationes majorem tuam  
gloriam atque animorum procurandam salu-  
tem spectant universæ. In earum ego partem  
venire cupio, deque illis summè gaudeo.

2. Minimè omnium, anima mea, minimè,  
inquam, candelis fraudandi, aut parcè nimis  
donandi sunt illi, qui tempus suum adeò fru-  
ctuosè impendunt, animum bonis rebus ut  
impleant. Legunt, atque æternis tuis, Domi-  
ne, veritatibus imbuuntur. Inde te ardenter  
amant, in tuo servitio ferventiores, atque ad  
alios in illis, quæ salutis ipsorum sunt,  
instruendos comparatores  
evadunt.

CA-